

### III.

## REGNUM MORTUORUM.

Nro. 85.

### *Politica Mortuorum Colloquia.*

*Elysium-Meum.-Die Veneris 8. Dec. 1809. (Neov. 20. Nov. 1809.)*

Magnus Columbus cum omni suo navali exercitu minus notabilem detectionem fecit, quam seminudus Diogenes, media luce cum lucerna compita disquirens, sanam rationem, aut, prout hic Patriarcha Philosophorum omnium, amoena simplicitate exprimit — homines quaesiturus.

*Apolog. de Diog.*

### *Colloquentes Umbrae:*

*Diogenes. — Timon.*

**T**imon. Id quidem ultro fatebere, utrumque nostrum Sannionum Cucullum ideo capiti inposuisse, ut bipedis animalia, quæ homines audiunt, bonam doctrinam moralem doceamus.

*Diog.* Hoc ipsum est, per quod de humano genere bene meruimus.

*Timon.* Id equidem asseverare nolim.

*Diog.* Quid? id tibi non illucet, Timon! Nostra ætate nullæ erant Ephemerides, Diaria nulla, nullæ id genus jactantiæ. Eramus Philosophi, singulares videri voluimus; nostras igitur mentis rationes propriam personam nostram exhibendo, nos ipsos proponendo

declarandas habuimus. Hodiernæ ætatis Philosophi multa de moralitate, de humani generis felicitate scripserunt, at illi philosophicas cogitandi rationes suas mundo iniecere, & ex his, quæ tam verbosè prædicant, in eorum actionibus nec vola, nec vestigium!

*Timon.* O magne Diogenes! rem tenes, ego homines odi, quod si noscantur, & diurna conversatione eorum utamur, odiodigni sint. Dum de tuo, & meo agitur, tam sui cupidine agitantur, & hæc est linea, ad quam probatissima honestas allidit.

*Diog.* Ego lucente Phoebo — homines: id est homines, sana vulgari ratione præditos quæsi, quod nusquam locorum eos reperirem, quemadmodum eorum ad magnum prodigiosum sanctum agendum neque arte, neque ingenio, imo nec Capite opus erit: ita ad Culturam mentis, naturæ vires, veritatem promovendam nullus terrarum dominator, politicus, Mathematicus e. s. p. in rationem venire debet. In Oriente dantur ingenia eximia, singularis æstus, Cannibal, (videm qui errantes opificum sodales) & nulli artes magicæ, deliris, barbaries plus sedem fixit. In Asia magna, Africa aliisque deliciarum plenis regionibus sana ratio sane rara margarita est — vulgaria prorsus Calendaria, anecdotæ, novorum scriptores, Scartetarum confectores, Circumforanei, Cantillanarum circumgestores eas de provincia ad provinciam pago ad pagum decantando, fistula canendo ludiera & rudia sectando admodum

vulgares veritates obulis aliquot venales, jam in ratione oeconomica multo plus præstarent, quam omnes altiores scholæ, omnes tam sumtuosæ Academiae & Eruditorum Collegia. Uno tali quæstore & egirta, (duæ naturæ in una persona) auferem ex omni vico Athenas creare.

*Timon.* Et mea experientia! — percurere quævis Sæcula, perambulare quævis regiones, ipsam S. Marini rempublicam, fac tibi familiares homines, eorum rem domesticam, eorum adjuncta, amicos & inimicos, reperies nunquam eos sorte contentos sua, continuo querelas clere, semper tempora iniquissima vivunt, perpetuo adjuncta sua mutandi voto feruntur; in congressibus familiaribus officiositate mutua se prosequuntur, diceres cordibus, amoribus, amicitis colligatos esse, verum affare singulos, tum persecutio, odium, invidia, qua se mutuo impetunt, incidit in oculos; ergone miram, me eos quoque odio habuisse, & implacabilem eorum hostem fuisse?

*Diog.* Bene est ita! nec mea Philosophia ab his abludit rationibus. Quæsi rationem lucerna, eram, a lucro capiendo alienus, a nemine uniusculum acceptans, gratuitum dedi prædicandæ rationi operam. Verum quidem est, multos imitandas Philosophiæ se immisisse cum vero gustus plenum *publicum* prout ævo vetere sola Rastadiensis boni vini majore mensura, longis farcimimbus, variantibus subito regimimbus, Ephemeridibus, Diariis,

deklarandas habuimus. Hodiernæ ætatis Philosophi multa de moralitate, de humani generis felicitate scripserunt, at illi philosophicas cogitandi rationes suas mundo iniecere, & ex his, quæ tam verbosè prædicant, in eorum actionibus nec vola, nec vestigium!

*Timon.* O magne Diogenes! rem tenes, ego homines odi, quod si noscantur, & diurna conversatione eorum utamur, odio digni sint. Dum de tuo, & meo agitur, tum sui cupidine agitantur, & hæc est linea, ad quam probatissima honestas allidit.

*Diog.* Ego lucente Phœbo — homines: id est homines, sana vulgari ratione præditos quæsiui, quod nusquam locorum eos reperirem, quemadmodum eorum ad magnam prodigiosum Sacrum agendum neque arte, neque ingenio, imo nec Capite opus erit: ita ad Culturam mentis, naturæ vires, veritatem promovendam nullus terrarum dominator, politicus, Mathematicus e. s. p. in rationem venire debet. In Oriente dantur ingenia eximia, singularis æstus, Cannibali, (videm qui errantes opificum sodales) & nullibi artes magicæ, deliris, barbaries plus sedem fixit. In Asia magna, Africa aliisque deliciarum plenis regionibus sana ratio sane rara margarita est — vulgaris prorsus Calendaris, anecdota, novorum scriptores, Scartetarum confectores, Circumforanei, Cantillenarum circumgestores eas de provincia ad provinciam pago ad pagum decantando, fistula canendo ludiera & rudia sectando admodum

vulgares veritates obulis aliquot venales, jam in ratione œconomica multo plus præstarent, quam omnes altiores scholæ, omnes tam sumtuosæ Academiæ & Eruditorum Collegia. Uno tali quæstore & agita, (duæ naturæ in una persona) auderem ex omni vico Athenas creare.

*Timon.* Et mea experientia! — percurrere quævis Sæcula, perambulare quasvis regiones, ipsam S. Marini rempublicam, fac tibi familiares homines, eorum rem domesticam, eorum adjuncta, amicos & inimicos, reperies nunquam eos sorte contentos sua, continuo querelas clere, semper tempora iniquissima vivunt, perpetuo adjuncta sua mutandi voto feruntur; in congressibus familiaribus officiositate mutua se prosequuntur, diceres cordibus, amoribus, amicitia colligatos esse, verum affare singulos, tum persecutio, odium, invidia, qua se mutuo impetunt, incidit in oculos; ergone miram, me eos quoque odio habuisse, & implacabilem eorum hostem fuisse?

*Diog.* Bene est ita! nec mea Philosophia ab his abludivit rationibus. Quæsivi rationem lucerna, eram, a lucro capiendo alienus, a nemine uniusculum acceptans, gratuitum dedi prædicandæ rationi operam. Verum quidem est, multos imitandæ Philosophiæ se immisisse cum vero gustus plenum *publicum* prout ævo vetere sola Rastadiensis boni vini majore mensura, longis farcimibus, variantibus subito regiminibus, Ephemeridibus, Diariis,

minutisque libellis inplet, ideo hodierni Philosophiæ meæ imitatores lucernam meam quæ secundum hæc desideria accenderunt, cogitantque: rationabilissimam esse, rationem omnem, quantum potest, in pecuniam convertere. Si es Romæ, Romano vivito more — equidem iis id culpæ dare nequeo.

*Timon.* Ergo hodieum jus habeo odio habendi homines?

*Diog.* Et ego rationem nondum invenissem, si in orbe viverem, jus capropter mihi erat, valcenum in cornu inclusum gerendo, omnes orbis angulos disquirendi, homines quæsiturus.

(Ambo Thermopolium subeunt, ephemeridesque legentes seqv. quotidiani argumenti nova offendunt).

*Amstelodamo die 16. Nov.* Hesterno vespere bonus noster Rex 6 hora advenit. Dedit is bellicæ rei ministro mandatum Officiales in Germaniam expediendi, qui milites qui quacunque ex causa remansere, exquirant, & ad legiones, quas respiciunt, remittant. Pro-Tribunus Banke; & Sup. Locumtenens Knotzer ad hoc negotium perficiendum in Germaniam profecti sunt.

Cursus Cambialis Hollandiam inter, & Galliam admodum frequens est, opinioque est, gravia negotia scripto tractari: Regiam Majestatem ob adversam valetudinem Parisios proficisci non posse — Gallicus legatus ad aulam nostram D. la Rochefaucolt suum legationis Secretarium seu Cursorem expedi-

vit, qui maxima cum aviditate redox exspectatur. Rex 1000 Fl. præmium confectio-  
 optimorum tapetum pedum usui servientium  
 proposuit.

Angli adhuc Valchriam tenent, seque  
 in ea munitunt. Multæ bellicæ naves adhuc  
 pro Vlissinga discurrunt, a nostra parte Com-  
 municatio omnis interclusa est.

Commendator Goldberg, qui ex duobus  
 annis negotia nostra Berolini gessit, isthuc ad-  
 pulit. Probabile est eum rursus Consilium  
 Status subiturum. —

Creditur in Collegio diplomatico magnas  
 mutationes locum habituras.

Facile mente concipi potest: Anglos  
 Vlissingæ diu non futuros. Vlissinga ad Gal-  
 liam pertinet, Imperator profecto non tole-  
 rabit, ut Aaglia ex Gallico territorio aliquid  
 possideat.

*Londino die 7. Nov.* Publicæ nostræ pa-  
 ginae quæstionem de præsentī discutunt: An  
 libertas & independentia hispanicæ Americæ  
 Angliæ emolumento cederet? Existimant quæ-  
 stionem hanc affirmando decidendam, una  
 consilium dandum esse, spem Europæe Hi-  
 spaniæ dimittendi. Ephemerides ipsæ di-  
 cunt: decisum esse, regnum hoc sorti suæ  
 relinquendum esse, contra omnia, quæ pos-  
 sunt, adhibenda ad Valchriam conservan-  
 dam, Portugalliamque defendendam — quod  
 ad Valchriam: rursus tres rursus legiones eo  
 destinatæ Harwichii navibus imponantur.

*Neapoli die 2. Nov.* Nupero Dominica Rex & regina ex arce Portici, in qua partem autumni exegerunt, discesserunt, metropolemque hanc repeterunt, hac occasione Collegium Municipale Suas Majestates solenni festo excepit.

Dux legiones Neapolitanæ, utpote dux venatorum equestres, & una levis pedestris pertinent ad agmen duce Generale Vial Tyrollm ingressum. Excelluerunt eæ occasione diversorum conflictuum.

Superiore hebdomade 15 mercatorum naves Marsilia, Genna, Liburno &c. venientes portum nostrum subiverunt.

*Parisiis 17. Nov.* Heri in meridie Imperator & Rex solio insidens, Principibus, Ministris, M. Officialibus, & aulico suo comitatu stipatus Deputatos urbis Romæ, & Tusciæ excepit. Dux Braschi verbis præibat prioribus, posterioribus Card. Zondadari, utrique Imperator respondit brevi sed energica oratione.

Vide Ephem. Polit. Stat. Nro. 94.

Deputationes excepit Senatus, cujus præses C. Gamier allocutionem habuit, Epistolamque die 3. h. m. occasione communicati Viennensis Tractatus decretam, ei porrexit; Suae Maj. reposuit: Vid. Eph. Pol. N. 94.

His dictis Imperator solio decedens in oeco throni homagis, gratulationesque Tribunalis Cassationis, Camerarum rationum, & Universitatis Consilii excepit.

Postea Imperator Oecum pacis ingressus, in quo Tribunal Appellationis, Clerum, Tribunal Criminale, Municipalatum, & Gen. Statuum Urbis, Consistorium Utr. Conf. & Institutum excepit. Oratores horum Collegiorum conceptis verbis eum alloquuntur; nomine Instituti Senator C. Veilly d'Anglas inter cætera dixit." Quis sensus expecte esse posset contemplando tot prodigia, tanta eximia facta, quorum procul cubio unicam sane sufficeret ad immortalitatem? integro ipsi sæculo splendorem conciliandum. Possis ad digne ea celebranda linguam solum historiæ adoptandam habebit; difficillimus vero nodus ei erit, adambulationibus suis dare probabilitatem. Utraque prædicabunt: nunquam clade memorabiles tuas victorias obnubilatas, fortunam cunctis mortalibus inconstantem, nunquam tibi fuisse; primum etiam ingratum comætorum antiquum excelsi viri cor non ulcerasse, tuos prænept! comævos continuo in sentiendo de te æquos fuisse, ut posteri erunt; addent illæ, ubi in complementum imaginis excelsæ tuæ animæ dixerint: toto immortalium tuorum gestorum tempore amorem subditorum, tibi princeps summumque præmium fuisse, quod quærebas, addent inquam: amorem hunc viæ tuæ voluptatem, maximæque recentioris ætatis virum, felicissimum juxta fuisse &c.

#### BIOGRAPHIA.

*Timon.* Misantropus seu hostis osorque hominum, Atheniensis erat, vixitque circa 420 a. X. Fugit consortium omne hominum ubi

que, homines se odisse dicens, vixitque solus sibi. Una vice Comitia adivit inque iis declaravit: „Ficum habeo, in qua plures jam homines se suspenderunt, nunc eam cedere volo, si proin cui vestrum laqueo in ea necare se, placet, certiozem reddo, ut festinet.” Erat nihilominus huic hosti humani generis familiaris quidam Apemante, quem ideo æstimarat, quod æque homines odisset, — hic vice quadam apud Timonem coenavit, hem! vociferavit is — voluptate plenus, quam me oblectat amicum hos convivium! sentio reposuit Timon, sed mallem te abesse — altera vice quærebat Apemante ex Timone: Cur Alcibiadi adeo tenere addictus esset? causa dicebat, est: quod prævideam futurum: ut olim Athenas ad incitas redigat. — Obit grandævus; epitaphium ei positum legi potest, in Anthologia seqv. argumenti: Viator! parce cineribus meis, noli quærere nomen meum, scito, quod te oderim. Vides tumulum meum quo tegor, equidem nihil a te peto, at sepulcrum peto, ut pandatur; teque hauriat.”

*Diogenes* ex Syaope — quem latet hoc philosophicum ostentum, media luce hominem ( id est, rationem ) lucerna in manu tenendo, quærens?

Epigramma Cl. Kretschm. e germanico.

*Aurum — Pectora.*

Execranda auri fames! quo pectora trahis?  
Heu! execranda magis, quo pectora! trahis  
tis aurum? —